


in den dritten und vierten im vierten der vierte ist in amvaltsrafft  
die vierigen und achtigen sind hammerproffte fahung und zapfens  
acht von welcher durchschliff und plauert das offne obstahlen so in  
vom hammerinstrument durch den hohesingen berandum besind von festen  
drambe so ist euerer erzengent und lindspießen von dem gedachten ge-  
und darbeyt ein verstreut und hat seine gral so es sollt und kann wirst.  
woche und woch die das vom leste gesien magt gesetzte konstante  
euerhoffungen und dreyt geweihten ammern ammern und innenwochen als wechsel  
nieder und ein vordnung dortt und ritter thomas mogenho-  
ch und professor spalten und johannen salbunge und kerte doctor regen-  
ten sind kerte vorher ammern lindspießen dreyt dreyt dreyt  
an die wodden der landshofers dronckel der abweichend gleich als eind  
der behuudt also da er etter se der hand setzt sich aufwegen und wie dor  
der dreyt was vora von den inhebet aufp den plogen fanden mit  
der landshofen von wegen des dreytten und von wodden und knappheit  
und den hogenbrennen fressen wird hecker in der wodden und die landshofen  
und hogenbrennen allerste seines datos alle erntetore in das gressen und  
kemallen das von den stoffe hohelast und hohelompe eines solchen  
und vorgeworbenen punken und dreyt und andern fingen der hogenbrennen  
in der sene pflasteren dreyt abwegen zore den landshofen hogenbrennen fingen  
vogelten viele beschaffungen und vortzusammen getrieben die die mehr noch ob  
und vorgeworbenen des den hogenbrennen dreyt und andern abe des kostes  
zore und si die vorn sperten bei hogenbrennen dreyt ist der hogenbrennen  
vora und vore dreyt und dreyt und dreyt von dem vordsten und johannen salbunge





ECCLESIAE MANSFEL-  
DICÆ  
CONSISTORIUM

IN  
*B. LUTHERI PATRIA,*  
*ad*

FESTUM SE-  
CULARE SCHOLASTICUM.  
IDIBUS OCTOBRIS

celebrandum,

Ob Pacem Religionis, ante seculum, in SS. Imperia  
Romano sancitam, haecenusq; servatam &  
confirmatam,

Omnes & singulos ejusdem

ECCLESIAE

CIVES LITERATOS

invitat,

Cum omnigenâ salutis pacis appreicatione.

Isleby, excudebat Jacobus Gaubius, Anno 1655.

Dm. Fr. von  
H. d. P. v.



BRUNNEN 3128192  
MUSICAL INSTRUMENTS

BRUNNEN 3128192  
MUSICAL INSTRUMENTS

2016-05-2017



I. N. J.

**I**ubilatum ob Pacem Religionis in Imperio Rom: per seculum Dei gratia servatam, merito concelebrant unâ cum Ecclesiis, etiam Schole & Gymnasia literaria. Nam & ipse bone ingenti & ad omnem posteritatem commemorando pacis beneficio fruuntur, quod divina providentia evangelicis Statibus & Ordinibus ob Confessionem Religionis Prophetico-Apostolico-Catolica & primò antique, ad ejus propagationem clementissime indulxit, quodq; feliciter cessit Ecclesiis evangelicis, Scholis, Ministeriis, caterisq; rebus omnibus, que inde dependent: ut hanc Pacem Religionis cum connexâ politica, Germaniae Palladium, nec non Ecclesiarum Scholarumq; evangelicarum Privilegium sacram non injuria quis dixerit. Postquam enim illâ sanctione pragmaticâ Germaniae libertas restaurata, & pax politie perpetua, nullisq; factionibus contemeranda, sub pena pacifragâ publici severissima & capitale constituta fuit; hocce gravissimo edicto Religionibus duabus, Papistica & Evangelica, sic prospicerunt Imperij Proceres: Propter Augustanæ Confessionis doctrinam, religionem atq; fidem, Cæsar, Ferdinandus Rex, cæteriq; Principes & Ordines, neminem totius Imperij, quocunq; modo violent, nec ad deserendam religionem suam, ceremonias atq; leges, quas in sua ditione, vel jam instituerunt, vel posthac instituent Confessionis Augustanæ Socij, mandatis, aut aliâ quavis conditione cogant, neve contemnant etiam: Sed hanc religionem illis liberam permittant, simulq; bona, facultates, regalia, possessiones atq; jura, sic ut pacate possint eis uti-frui: dissidium quoq; Religionis non aliis quam piis, amicis & tranquillis



quillis rationibus componatur. Eodem modo, qui sunt Confessionis Augustanæ, sece gerant erga Cæsarem, Ferdinandum Regem, cæterosq; Principes ac Ordines, Religioni (quam sic vocarunt,) antiquæ conjunctos, &c. Et quicquid erit offensionis atq; litis more atq; legibus Imperij definiatur utrobique.

Quid hac ad Scholas, inquis? Plurimum mebercule! Sunt enim illæ seminaria Ecclesiæ, imo Φροντιστήρια καὶ Ιαμία religionis: Utq; alios alij de religione docerent,

Contiguas pietas jussit habere domos.

Quin & super Scholas ipsas disposuere conceptis verbis: Quia nonnulli Ordines Imperij eorumq; Majores, quasdam præfecturas Ecclesiasticas, Collegia Monachorum, & id genus alia bona sacra sibi sumplerunt, eaq; Ministris Ecclesiæ, Scholis, & aliis bonis usibus accommodarunt, non interpellentur hoc nomine, nec in jus propterea vocen-  
tur. Et paulò post: Adhac, ut ex iis iplis bonis, necessaria Ecclesiæ Ministeria, parœciæ, Scholæ, eleemosynæ, loca hospitalia pauperum & affictorum, sicut olim con-  
stituta fuerunt, ita nunc etiam constituantur & fovean-  
tur, non habita ratione, utrius illi sint religionis, quorum  
in usus hoc subsidium & alimonia confertur. Quod si pro-  
pter hanc alimoniam, (salaria, subsidia,) ejusq; modum  
lis oriatur & disceptato, de consensu Arbitri deligantur,  
qui factâ notione intra semestre tempus decernant &  
statuant, quantum in ejusmodi usus & ministeria decidi, &  
conferri debeat; interea dū lis pendet, ii, quorum est con-  
ferre subsidium in eos usus, non impediantur in sua pos-  
sessione, veruntamen, quod antiquitus dare solebant &  
conferre, nunc etiam conferant, dum lis expediatur.

Hinc babene Schola Evangelica in Germania, inq; iii decen-  
tia.



tes & discentes suam securitatem, privilegia, immo & salario, quibus in Comitatu hoc nostro Mansfeldico sacræ cupri decimæ, longè ante pacificationem Passaviensem loco bonorum Ecclesiasticorum, certis de causis, à piis Majoribus surrogatæ, merito annumerantur, ut salva Pace Religionis & conscientiæ, bisce nostris Ecclesiæ Scholæ, cuprum illud sacrū, semel DEO dicatum, & decreto Imperij confirmatum, eripi, & in profanos usus redigi minimè possit. Hoc tale beneficium agnoscat bodie Schola nostra, & jubila lata canit DEO Pacis, qui ipsi bac otia fecit, & haleynonia concessit hactenus in turbulentio hoc mundi pelago. Quantam olim Ecclesia Christi cladem dederit Imperator Julianus Apostata, occludendo Scholas Christianis, & ludos litterarios probibendo, ne in religione salvificâ juventus informetur, veterum historie abundè docent. Easdem ante seculum Ecclesie Evangelica insidias struxit rasa cohors, imprimis factio Je- tricennali hoc intendidem machinati sunt Ecclesia Evangelica hostes, ut sedibus imis Pacem Religionis eruerent & convellerent, nisi Nemesis divina rebus afflictis succurrisset, inq. salutem posuisset, cui laquei injecti erant, ut est Psal. 12. v. 6. Benedictus Dominus, qui non dedit nos pradam dentibus eorum! Anima nostra sicut avis erepta est de laquo aucupum; Laqueus contritus est, & nos liberati sumus. Has immortalis DEO laudes dicite, Scholastici, simulq. celebrate nomen Domini, quod per nuperam Pacificationem Osnabrugensem Pacem Religionis firmitati pristine restituit! Pa- cem περιτέφον dixeret veteres, περιτέφον θεοφιλεσίην, Thernidos χεύσεαν πάσα. Talis hac nostra pax est! Ideoq; laudate Pueri DOMINUM, laudate nomen DOMINI! Sit nomen DOMINI benedictum ex hoc nunc & usq; in seculum! Psal. 113. v. 1. Cave vero existimes, has duas religiones, pontificam scilicet (quam presumptuoso titulo antiquam nuncupant) & evangelicam, hæc ipsa pacis sanctiæ sic canonizatas aut conciliatas esse,



ut utraq; propterea vera, recta, salvifica sit & baberi debeat.  
Minime gentium! Pax religionis non ecclesiastica, sed politica pax  
est, circa externum Ecclesie regimen occupata: nec quicquam in  
ea decretum fuit de religionum harum aut veritate aut falsitate,  
sed de securitate ac libertate eorum, qui religionem profitontur.  
Qui enim Principes seculares umirent aut conciliarent religiones,  
dic dicā ταῦτα inter se dissonas, imo prorsus irreconciliabiles? abſit  
a nobis ejusmodi cum adversariis veritatis colludium; abſit nefarius  
syncretismus, & id genus monstra religionum alia! Relegantur  
cum Authoribus suis in Utopiam, ubi, quis vel Christus vel Belial,  
luxve aut tenebre sint, ignoratur. Non equidem Principum signo-  
votoīων intentioni repugnamus quo minus illud religionis  
dissidium piis, amicis & tranquillis rationibus compo-  
natur, iis, inquam, rationibus, que in verbo DEI sunt monstratae,  
cui nec demi nec addi quicquam debet. Volumus & nos pacem,  
& non solum volumus, verum etiam rogamus: Sed pacem Christi,  
pacem veram, pacem sine iniuriis, pacem in qua non sit bellum  
involutum, pacem, qua non adversarios subiicit, sed in amicos  
jungat, scripsit alicubi Hieron. At non facimus cum iis, qui di-  
cunt Pax, ubi non est pax, qui parietem infirmo luto complanant,  
Ez. 13. qui ipsam pacem persecutione pejorem fratribus faciunt,  
veritatig; caput & originem relinquunt. Qui cum Christo non  
est, adversarius Christi, qui umbras & pacis ejus inimicus est,  
nobiscum (in fide) non potest coherere. Nontamen injuste fecisse  
putandi sunt Caesar, Rex, Principes, caterig; Status Imperij, Ro-  
mano-Catholica religioni adharentes, quod ejusmodi libertatem  
& securitatem Evangelicis permiserint, multò minus Christum ab-  
negarunt propterea, ut cum Antonio Possevino grauli Romane  
Thaidos garrisunt. Praterquam enim, quod pax bac externum  
duntaxat Ecclesia statum concernit, ac politia securitatem pra-  
stat, ne bac aut ille ob religionis diversitatem turbetur; Certè re-  
ligio



ligio Lutherano-evangelica nullo sive Veteris sive Novi Testamenti dicto heresos ullius aut erroris evidenter convinci potest, sed quaecumque proficitur dogmata, sacra scriptura conformia sunt; Cuius vero divinus ius peragitur ritibus, qui τέος Ιάζιν ιη̄ χημοσύνη faciunt, populumq; Christianum decent. Quid ni ergo permetteretur religio talis in Imperio Sacro Sancto? Protestantes vero Status mutua permissione suā pontificiam religionem neutiquam approbarunt, ut verē Catolicam, antiquam, sanctam, & apostolicam, sed reliquerunt eandem suo loco, non sine publicā dissensu sui declaratione, quandoquidem & se se ab eadem segregarint confessione Augustanā, libertatemq; dederint Ministerio suo, eandem religionem pontificiam, quā talem, nativa idolatrias, superstitionis & heresos ex verbo DEI convincere, & monstrare in dubiis argumentis, quod in illa Ecclesiā sedeat Anti-Christus & Danielie Propeta, Paulo, & Johanne apostolis, graphicè & vivi coloribus depictus. Pluribus de his dissertabunt in ipsa panegyri seculari Scholasticā,

~~Deo salutis nō de primitivis legationib; quā~~ Et XV. Octob.

horis antemeridianis,

### Inspector & Rector Gymnasij:

Ille quidem, Vir Reverendus & Clarissimus Dn. M. Johann-Gotofredus Nicander, Pastor Petro-Paulinus & Collega noster honorandus, cuius opera & studio clanget,

Tuba Pacis Passavensis occenta classico belli sacri Scioopy, Föreri, aliorumq; Papanorum turbulentorum flabellis, &c. quoad pacis istius occasionem, ipsum negotium, & consequentia ēgismata.

Aliter vero Vir Eximus & Clarissimus Dn. M. Johann-Ernestus Ganderus, Rector Gymnasij ager de causis pacis cum constituentibus, tūm conservantibus, que sunt

Post Deum, aquila Romana;

Cæsar



Cesar nempe, cum Electoribus ac principibus, ceterisq; Statibus  
Imperi Romani, fidem germanam semper maximi estimantibus.

Horis pomeridianis.

Vir Reverendus & Praestansissimus Dn. M. Johann-Christopho-  
rus Ganderus, Pastor Riesdorff, & Gymnasij p. t. Con-Rector,  
verba faciet,

De inexpugnabili pacis Ecclesia orthodoxo-Lutherana,  
divini Numinis auspicio impetrata munimento, &  
indè emergente emolumento.

Colophonem addet, Vir Humanissimus & Doctissimus Dn. Paulus  
Röslerus, Collega Tertius, qui festivitatis modernæ acadæphalæ-  
ow institueret, cum gratiarum actione. Hanc ergo panegyrit secu-  
larem, in gloriam DEI, & posteritatis, si qua futura est, memo-  
riam, vos, Viri Literati omnium ordinum Honoratissimi, vestra  
honorifica presentia, quesumq; condecorate, nobiscum aeterno & im-  
mortali DEO pro hoc insigni pacis beneficio gratias agentes, eidemq;  
suplices facti devotus precibus orantes. ut id Ecclesiæ Scholisq; no-  
stris perpetuum esse finat, nosq; tandem ad pacem celestem tra-  
ducat, qui pacis principi, JESU CHRISTO, vera fide adheremus.  
P. P. Isleby prid. Iduum Octobr. Anni M. DC. LV.

Dapacem Domine in diebus nostris, quia  
non est alius, qui pugnat pro nobis,  
nisi Tu DEUS  
noster.

F I N I S.





deren Färbung ist ein blauer Ton und die übrigen Farben  
sind weiß. Es ist eine Art von Modell eines Hauses und hat  
eine Treppe welche oben auf einer Plattform endet und  
durch eine Säule welche im Inneren des Hauses steht wird.  
Die Fassade ist so wie ein Haus aus Holz mit einem  
Dach und Fenstern. Das Fenster ist verdeckt mit einem  
Leinwandvorhang welches weiß ist. Der Hintergrund ist  
ein großer grüner Wald mit vielen Bäumen und Büschen.  
Der unterste Teil der Fassade ist ein breiter Balken  
welcher mit einer Kugel am Ende verziert ist. An  
dieser Stelle befindet sich eine kleine Öffnung durch  
die man hineinsehen kann. Die Kugel ist aus Gold  
oder Silber gemacht und hat einen Durchmesser von  
ca. 1 cm. Am unteren Ende der Fassade befindet sich  
ein kleiner Balken der mit einer Kugel am Ende verziert  
ist. Dieser Balken ist ebenfalls aus Gold oder Silber  
gemacht und hat einen Durchmesser von ca. 1 cm.  
Unten rechts befindet sich eine kleine Öffnung  
durch die man hineinsehen kann. Die Kugel ist aus Gold  
oder Silber gemacht und hat einen Durchmesser von  
ca. 1 cm.

Ein großer runder Stein liegt auf dem Boden vor dem  
Haus. Er hat einen Durchmesser von ca. 10 cm und  
ist aus einem einzigen Block von Stein geschnitten.  
Der Stein ist weiß und glänzt im Licht. Er hat eine  
gewisse Form, die an ein Kreuz erinnert. Die Oberfläche  
des Steins ist uneben und zeigt verschiedene Rillen  
und Vertiefungen. Auf dem Stein sind einige Zeichen  
in Stein gehauen. Eine Seite zeigt einen Kreis mit  
einem Pfeil, die andere Seite zeigt einen Kreis mit  
einem Kreuz. Die dritte Seite zeigt einen Kreis mit  
einem Stern. Die vierte Seite zeigt einen Kreis mit  
einem Kreis.



9  
8  
**ECCLESIAE MANSFEL.  
DICÆ  
CONSISTORIUM  
IN  
B. LUTHERIPATRIA,  
ad**

**FESTUM SE.  
CULARE SCHOLASTICUM.  
IDIBUS OCTOBRIS**

